

Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Comparati mihi
Witzeb.
p. mat. 12. q.
p. hinc. 4. q.
Al. Joh. Reibel.
1624.

CHRISTOLOGIAS SACRÆ

Disputatio vigesima Nona,

De

FUGA CHRISTI
IN ÆGYPTUM.

Quam

Annuente Θεανθεώπω

SVB PRÆSIDIO

Dn. BALTHASARIS MEISNERI.

S. S. Theol. D. & P. P.

In privato Collegio ad disputandum

proponit

M. TOBIAS HERMANNUS

MEMMINGENSIS.

Habebitur ad diem 3. Octob. horis pomeri-
ridianis

In auditorio minori.

WITEBERGÆ

Johannes Gorman excudebat,

Anno cl. 10 CXIX.

CHRISTOPHORUS SACR
LIBRARIUS
IN AEGYPTO
DR. BALTHASAR MESSNER
WITTE
ANNO 1722

sen
ten
via
Co
nen
O
giu
m
tas
fag
No
ad
m
na
ce
rid
con
sta
ven
tat
ste



CONTINUATIO.

Vidimus in superiori disputatio-
 ne Christi emicantem Majestatem, ex
 solenni Magorum adoratione: in præ-
 senti contemplantur summam ejus humilita-
 tem, ex tyrannica Herodis persecutione. Ecce enim
 vix mundi lucem aspexerat lucis autor & dator,
 & sic à benevolentia premitur; vix in propria ve-
 nerat, & terrâ exire cogitur, terrarum Dominus.
 O rem mirandam & stupendam! (a) Si refu- (a) Chrysof.
 gium fugit, si timet virtus, si præsidium serm. 151.
 migrat: quæ vita? quæ spes? quæ securi-
 tas? quod munimen? Spera optimè! nec in
 fuga fugit salus: nec Salvator ex fuga infirmus.
 Non enim timidus fugit puerulus noster truculentæ
 cædis hominem, sed volens: fugit (b) non for- (b) Fulgent.
 midine humanâ, sed dispensatione divi- serm. 5.
 nâ, non necessitate, sed potestate: (c) ut (c) Chrysof.
 cederet tempori, non Herodi. Hoc ut cla- serm. 150.
 rius pateat, FUGAM Salvatoris in Ægyptum
 considerandam suscipimus: cujus 1. Circum-
 stantias expendemus. 2. Quæstiones contro-
 versas, si quæ occurrunt, subjiciemus. 3. Medi-
 tationem practicam annectemus. Tu Chri-
 ste mentem & calamum rege!

THESIS I.

Circumstantias fugæ Servatoris nostri Iesu
 Christi, in Ægyptum, varias notat Evangelista; D.

A 2

Mat-

Matthæus v. 13, 14. & 15. cap. *Historiæ suæ Evangelicæ, quas nos ad duas principales reduci-
mus classes, si alias circumstantias persona-
rum, alias rerum, dicimus.*

21. Personæ nobis in textu Evangelico denomi-
nantur triplices: I. Angelus fugam sua-
dens: ἰδὲ ἀγγελὸς κρυψίς, ubi observari debet.

I. Angelicæ personæ descriptio: Angelus
Domini: prius enim nomen, officium, posterius
dignitatem legati describit. Quis hic Angelorum
fuerit, a non-nullis quaeritur? Nos de incertis ni-
hil certi pronunciamus, probabile tamen est, quod
opinatur Origenes fuisse Gabrielem, qui fide-
lis fuit mysteriorum Christi interpres. 2. Obser-
vanda Angelica apparitio: Φαίβε) κατ.

(a) Ind. 13.
v. 3. 15.

(b) Luc. 1.
v. 11.

(c) Conc. 1.
de Innoc.
p. 46.

(d) part. 3.
& Exam.
C.T.

ὄναρ. Non vigilantibus apparet Angelus Iosepho, ut
(a) Manach & (b) Zacharia, sed dormienti, quod
nos non Iosephi perfectioni, ut (c) Eccius; sed liber-
re DEI dispensationi adscribimus. 3. Angelicæ
præceptio: ἐγχεθεῖς ὁ ἀγγελὸς &c. Non Iose-
phi arbitrio relinquit Angelus fugam, sed severe
præcipit: Surge, inquit, assume, &c.

III. Quæri hic loci potest: An DEUS & hodie
per somnia nobiscum agat? Simpliciter hoc
affirmant Legenda & Praxis Populorum, qui ex
somnia articulos fidei fabricarunt, & suas de pur-
gatorio & indulgentiis ineptias apparitionibus
nocturnis inepte fundarunt, ut videre est apud B.

(d) Ch. Manium. Nos distinguimus inter res vitæ
& res

*& res fidei, de istis, non de his homines per somnia
admoneri concedimus cum Scriptura sacra. Et mo-
nemus; semper verbum revelatum esse spe-
ctandum: a quo si quod somnium nos ab-
ducit, est diabolicum, ad quod si nos ad-
ducit, est divinum.*

IV. II. Queritur: An, sicut in veteri & initio N.T.

*Angelorum alloquium hodiè sit expe-
ctandum & jaetandum? Faciunt hoc non-*

nulli Fanatici. Nos respondemus 1. Licet DEO

nullum revelationis modum possimus praescribere,

novimus tamen ex (a) Scriptura: Varium reve-

lationis modum cessasse post Canonem v.1. 2.

*N. T. completum. Unde 2. ad solam Scriptu-
ram adstringimur, Luc.16. v. 29. Joh.5. v. 39.*

quae propter salutem nostram scripta, Johan. 20.

v.31 Rom.15, v.4. & quidem perfectè, quia per-

fectos potest reddere homines, 2. Tim.3. v.16. 17.

Et 3. disertis verbis extraordinaria spirituum

missio negatur hominibus, Luc.16. v.31. Quia 4.

res haec cum maximo incommodo est conjuncta:

potest se Satanas transfigurare in Angelum lucis,

2. Cor.11. v 14. & actu ipso transfigurari, cum

revelationes diabolicas pro a:vinis vendit; quod

quoties factum fuerit, testantur Lugenda Papisti-

ca, vitae patrum & experientia quotidiana.

V.11. Persona mandatum accipiens: Iose-

phus ex Davidica stirpe oriundus: Hujus innuitur

1. Fides, & 2. Promptitudo. Non diu dubi-

tabat nec dormitabat, sed Angelico mandato as-
sentiens piam maturabat fugam; id quod claret
1. Ex assumptione: 2. Ex assumptionis tem-
pore, quæ eadem, quâ mandatum accepit, per-
acta est nocte.

(a) Apoc. 20.
v. 11.

(b) Ps. 104.
v. 7.

(c) Ps. 114.
v. 3.

(d) Ansel.
b. 1.

(e) Chry-
sost. hom. 8.

VI. III. Persona fugâ evadens: Puer is est re-
cens natus; suavis ille Immanuel: fugit Dominus
ille, à cuius conspectu (a) fugit terra: cuius
minis (b) tumultuantur aquæ! & (c) mare.
Puerum (d) nominat Scriptura Christum,
ut agnoscamus eum, de quo dictum est:
PUER natus est nobis. Non autem solus fu-
ga datur tenellus & divinus puer, sed adjungitur
pater nutritius, & mater virgo: quæ mater
non uxor appellatur, quia (e) absoluto partu
etiam explosa suspicio est.

VII. Querit hic ratio humana: Quare DEUS
Filius suum fugere voluerit ab illis hosti-
bus, quos fugare potuisset modis innume-
ris? Cui resp. 1. Considerandum esse in hoc facto di-
vinæ dispensationis Mysterium, & humile
Christi ministerium. 2. DEI auxiliandi mo-
dum, qui, ubi ordinarium salutis restat medium,
extrarodinarium non arripit. 3. Christi impe-
rium seu regnum, quod de hoc mundo non esse
sanctâ ostenderat fugâ. Hæc de personis.

VIII. Altera *περὶ τῆς* classis continet circum-
stantias, 1. Temporis, quo fuga suscepta. 2. Lo-
ci, ubi

ci, ubi peracta. 3. Causarum propter quas fuga
arrepita.

IX. Tempus fugae Christi vel est inchoationis ;
vel durationis. Et inchoationis vel remo-
tum vel propinquum. Remotum tempus
licet in Scriptura expressè non nominetur, haud
obscurè tamen ex circumstantijs non-nullis colli-
gitur. (a) Epiphanius putat in secundum à na-
tivitate Christi annum fugam esse rejiciendum,
quem sequitur (b) Toftatus Episc. Abul. &
(c) Piscator Herbornensis. Sed nobis rectius
sentire videntur, qui paucas septimanas inter
nativitatem & fugam Christi intercessisse
existimant. Nam 1. certum est Ἐ Χρῆστὸς ὄντων
Ἰεσὺς, mox atq; natus est Christus Magos ad-
venisse, Matth. 2. v. 1. 2 Certum est αὐτῶν ἀνα-
χωροῦντων Magis digressis, Angelum apparuisse,
v. 13. unde igitur isti biennium compilabant?

X. Neq; tamen statuimus, eadem nocte, post Ma-
gorum discessum Angelum apparuisse, sed omninò
interferenda est historia purificationis, juxta
legem peracta, Luc. 2. v. 22. 39. quâ sinita Ange-
lus Domini apparuit, & fugam mandavit.

XI. Propinquum tempus dicitur Nox. Sane
qui multos dies inter Angeli præceptum & Ios. phi
obsequium intervenisse arburantur: Anshel-
mus, Euthymius; (d) Toftatus, (e) Salme-
ron: (f) Piscator Herbornensis. Sed nos
textui inhaerentes rectius statuimus; Josephum

A 4

eadem

(a) Heres. 51.

(b) part. in

Matth. c. 2.

quest. 58.

(c) in Not.

ad v. 19. c. 2.

Matth.

(d) quest.

58.

(e) p. 108.

(f) ad v. 14.

c. 2.

eadem, quâ mandatum accepit divinum,
puerum cum matre assumfisse & in Ægy-
ptum fugisse. 1. Testatur hoc *lucra expressa*.
2. Urgebat id præsens periculum. Nam ut ante Ma-
gorum adventum Christi nativitatem cives Hiero-
solymitani planè ignorabant; ita ante purifi-
cationis diem nihil certi sciebant de Christo, in
individuo, qui modò ex confessione Simeonis &
Annæ prophetis, Luc. 2. v. 27. seqq. innotue-
rat, ipsi etiam Herodi, qui inde colligebat, se de-
lusum esse à Magis, unde necem puero intentabat.
Opus igitur fuit Josephum eadem nocte fugere,
si Herodis furorem effugere cogitabat. Hanc nos-
tram sententiam amplecti videntur (a) Maldo-
natus, (b) Barradius & alij.

(a) in h. l.
col. 53.

(b) p. 486.
col. 1.

(c) lib. 1.
c. 14.

XII. Durationis tempus indefinitum his expri-
mitur verbis. Ἰδοὺ ἐκείνους αὐτὸν εἶπω σοὶ. & v. 15.
καὶ ἰὼν ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρώδου: posteriora
hæc verba priora quidem determinant, non tamen
inducunt tempus certum. Indefinitum tempus qui-
ad definitum cogere laborant, non unus sunt sen-
tentia. Sunt qui septem definiunt annos, ut
autor Historiæ scholasticæ, & qui eum se-
quuntur: Sunt qui tres ponunt annos, ut (c) Ni-
cephorus. Veritas unū videtur determinare an-
num, & si quid annum excedat. Nam: Quo an-
no Herodes Ascalonita fuit defunctus, eo
anno Josephus cum suis ex Ægypto fuit
revocatus, ut constat ex Angeli promissione: At
Hero-

Herodes defunctus est A. M. 3949. circa
Pascha. Ergo. Christus autem in Ægyptum fu-
gerat A. M. 3048. notante Clarissimo Chronologo,
Secho Calvisio, p. 463. sua Isagoges.

XIII. Ex dictis in th. 11. colligi potest circumstan-
tia Loci. In loco considerandus 1. terminus à
quo. 2. terminus per quem. 3. terminus
ad quem.

XIV. In definiendo termino à quo auctores mul-
tum variant. Quidam constituunt Nazareth,
ut Theophylact. & Anselmus in h. l. ut & (a) in not.
(a) Piscator Herbornensis: alij Bethlehem, ad v. 14.
ut (b) Epiphanius: (c) B. Hunnius, (d) Flac- (b) heres. 51
cius: alij Hierosolymam, (e) Centuriæ (c) Com-
Magdeb. alij indeterminatum locum in- ment in
termedium inter Hierosolymam & Na- Matth.
zaretham, ut Palbartus in Pomerio. Pri- (d) in obser-
mam sententiam nos non defendimus, reliquas (e) Cent. 1.
tres ex dictis in th. 10. & 11. conciliari posse existi. lib. 1. c. 10.
mamus. Non enim errant, qui Iosephum post pu-
rificationis actum vel Hierosolymis, vel in
Bethlehem, vel in loco aliquo intermedio vicino
pernoctasse, & angelicum mandatum accepisse
arbitrantur.

XV. Terminus per quem à plerisque statuitur
desertum illud, per quod filij Israël Palestinam
sunt ingressi. Refert (f) Ludolphus de Saxonia: (f) c. 13. de
Christum in deserto ab illo latrone fuisse vita Christi.
comprehensum, qui tempore passionis ab

A 5 ejus

ejus dextris fuerit suspensus. Sed fabula
quàm historia hæc verisimilior videtur narratio,
& promissioni angelicæ de salvo in Ægyptum ad-
ventu non parum contraria.

XVI. Terminus ad quem est Ægyptus, & no-
tatur v. 13. ubi observāndus locus tum generalis,

- (a) Bünting. (Ægyptus) in textu expressus, cum specialis, (a)
in itin. Bibl. Hermopolis vel Heliopolis ab autoribus ap-
part. 2. p. 2. pellatus. Quæstio hic oritur: An Christus in
(b) Barrad. Ægypto fecerit miracula? affirmant id (b)
lib. 10. conc. Sozomenus: Nicephorus, & ex his (c) Bar-
Evang. c. 9. radius & (d) Baronius. Nos putamus miracula
(c) lib. hist. illa esse figmenta otiosorum hominum, quæ repu-
nal. c. 20. gnant dicto Evangelistæ Iohannis, c. 2. v. 11. 2. Pu-
(d) lib. 10. c. 9 riori (e) antiquitati: & adversarijs sanioribus,
(e) ad an. pro quibus respondet (f) Maldonatus, qui mira-
Christi 1. cula illa fabulis Mahumetanis annumerat.
num. 43. XVII. Sequitur circumstantia causarum, quæ
seqq. vel principales, & in textu notatæ, vel minus
(f) Chry- principales, & à pijs doctoribus excogitatæ.
sost. hom. 17. XIX. Principales causæ fugæ Christi sunt duæ.
(g) in Matt. 1. Herodis malignum studium: μελλει Ηρωδης
p. 54. lit. E. ος ζητειν το παιδιον, & απολεσαι αυτο. Vi-
derat & præviderat DEVS omniscius malignum
Herodis animum, & actionem, quam meditaba-
tur tyrannicam, ideo præmonet Iosephum, ut sine
morâ puerum huic malo gliscenti subtrahat. Quæ-
ritur hic: An DEUS cognoscat futura mala
contingentia? Negant & pernegant hoc Pho-
tinia-

tiniani, ut videre est in prælectionibus Theolog. Socini c. 8. 9. 10. 11. à pag. 24. usque ad 40. Nos opponimus 1. Præsens exemplum de infanticidio, quod certè respectu hominum futurum erat, & respectu DEI & hominum malum, imò pessimum, quia præcepto divino & charitati proximi summè contrarium. 2. Dicta, quæ DEVM corda, cogitationes & renes hominum scrutari & cognoscere prædicant Psal. 7. v. 10. Psal. 94. v. 11. 1. Paral. 28. v. 9. & quidem è longinquo, Psal. 139. v. 2. id est, cum nondum acti sunt, v. 4. quis autem tam absurdus est, ut omnes cogitationes hominum bonas diceret: aut tam impius, ut Scripturæ aperte contradiceret: quæ Gen. 6. v. 5. c. 8. v. 21. Cogitationes omnes malas pronuntiat. 3. In specie locum, Esai. 41. v. 22. ubi vi antitheseos JEHOVA prædicere dicitur תַּקְרִיבֵנוּ quæ futura sunt. 4. Quo pertinent omnia illa, quæ partim Christus ipse, partim ejus Apostoli de miserijs Ecclesiæ nostri temporis prædixerunt, quibus (proh dolor!) eventus respondet nimis cærus.

XIX. *Quæritur insuper: An Christianis & in specie doctoribus Ecclesiæ pericula imminencia fugere liceat? Affirmamus licere, si fuga gloriam DEI, salutem proximi & conscientiam propriam non inhibeat vel vulneret. Quod autem quomodo vel fiat vel non fiat, id ex periculo ipso & alijs circumstantijs est judicandum.* Affirmatio-

(a) lib. 2. E-
pist. 180. ad
Honorat.

(b) serm. 151

(c) Euseb.
lib. 4. c. 15.

(d) Socrat.
lib. 3. c. 13.

(e) Tripart.
lib. 10. c. 13.

(f) in Col-
loq. Momp.
p. 519.

(g) lib. 1.
Method.
p. 258.

rationem nostram confirmat Christi confi-
lium, Matth. 10. v. 23. & exemplum Matth. 2.
v. 14. Iob. 8. v. 59. Faciant ergo, faciant servi
Christi, ministri verbi & Sacramenti ejus,
quod præcepit sive permisit, imò quod
fecit ipse, suadet (a) Augustinus. Hoc enim
nobis reliquit exemplum, ut fugiente Do-
mino, fugere indignum non putet servus,
inquit (b) Chrysologus. Taceo jus naturæ, quòd
homines se periculis subtrahere jubet, licet de au-
xilio divino non sint incerti: quamdiu enim me-
dia ordinaria supersunt, extraordinaria non sunt
expectanda: Non enim tentabis Dominum
DEUM tuum. Taceo exempla alia tum Apосто-
lorum, Pauli Act. 9 v. 30. Petri Act. 12. v. 17. cum
Ecclesie doctorum, (c) Polycarpi: (d) Atha-
nasia: (e) Chrysostomi, qui omnes Christi ex-
empto se purgarunt.

XX. Secunda causa principalis est Prophe-
ticum vaticinium: idem fugit & revocatus est
ex Ægypto, ut impleretur quod dictum erat per
Prophetiam: Ex Ægypto vocavi filium
meum.

XXI. Duo hic quæri possunt, i. An prædictio-
nes rerum inferant necessitatem? Affirmant
hoc Stoici Calviniani; (f) Beza dicit: DEUM ni-
hil scire futurum, quod non decreverit
futurum. (g) Hyperius ait: quoad DEUM
absoluta necessitate fieri omnia: & Bu-
canus:

causis: quæ homines vel Angeli agunt, nec- loc. 14. p. 136
cessario agunt, quoniam DEUS hoc fieri
sua providentia decrevit. Nos negamus hoc
simpliciter. Concedimus equidem DEVM omnium
rerum non tantum τὸ ὄτι prævidere, sed etiam τὸ
δι' ἑαυτῶν τὸ πῶς; non tamen exinde concluden-
dum, DEVM τῶν δι' ἑαυτῶν esse causam. Quod alibi
explicatur latius. Breviter ita dicimus: Actiones
sunt Triplices: Alie divinæ: alie humanæ: alie
diabolicæ: illæ prædicuntur quia DEVS illas cer-
tò est operaturus: sic prædicta est resurre-
ctio mortuorum: istæ & hæ prænuntiantur,
quia DEUS ex certis causis eas eventuras
prævidet, sic prædicta est proditio Iudæ &c. Et
tamen in nullo actionum genere prædictio est cau-
sa. Pulchre (a) Hieronymus: Non quia DEUS
futura cognoscit, necesse est, nos facere, (a) lib. 3. in
quod ille præscivit, sed quod nos propriâ Ezech.
voluntate sumus facturi, ille novit futu-
rum, quia DEUS.

XXII. Queritur 2. Quomodo hoc vatici-
nium propheticum in educatione Christi
ex Ægypto dicatur impletum, cum pro-
priè agere videatur de educatione Israëlita-
rum. Resp. Scriptura dicitur quatuor modis im-
pleri, notante Clarissimo Chemnitio c. 12. Har-
mon. Evang. 1. πρῶτως: quando vaticinio even-
tus responderet. 2. ἀναλόγως, cum per similitudi-
nem circumstantiarum vaticinium unum ad plu-
res acta

res accommodatur actus. 3. *Ἰσχυρῶς* cum Scri-
ptura oraculum eloquitur, quod ad res plures ap-
plicari potest. 4. *τυπικῶς*, cum aliquid per ra-
tionem typi ad aliud accommodatur. Primo mo-
do hoc vaticinium impletum esse statuunt (a) Ju-
nius & (b) Piscator Herborenensis: sed quar-
tus plerisque arridet Orthodoxis: qui dicunt, Mat-
theum ad caput & sponsum Ecclesiae refer-
re, quod Oseas de corpore & sponsa dixe-
rat, propter arctissimam capitis & cor-
poris mystici conjunctionem: & propter
typum, quem populus Israëliticus gessit in Æ-
gypto.

(a) in paral-
lellis & com-
ment. Bibl.
(b) in Not.
ad h. l.

XXIII. Causæ fugæ in Ægyptum minüs prin-
cipales, & à doctoribus pijs excogitatae sunt,
1. ut demonstraret se hominem esse nobis per
omnia similem. 2. ut nos tyrannorum furorem
fugere doceret. 3. regni sui modum non-
mundanum aperiret. 4. ut fugas
nostras consecra-

ret.



CAP.

CAP. III.

Atque hæc tibi meditanda in fuga Christi, *anima fugitiva*, ne desperes: hæc consideranda, ut lubens & piè fingere discas. Quod enim Servator fugit, tui fugit causa, ut fuga sua repararet, quod tu fuga perdidisti; ut fuga sua pararet, quò tu fugiens es servanda. Ex Paradyso fugisti in mundi desertum per inobedientiam impiam: Ecce! Christus fugit in Ægyptum per promptam obœdientiam; ut hac sua tuam illam corrigeret. Fugiendum tibi, in hoc erroneo mundo, & patria deserenda dulcis! Præsenti sis animo, & caput tuum fugit, ergò & tu fugies membrum. Reliquit ille patriam, & in terra remansit profana, ut quamvis tibi terram sanctificaret patriam: *mansit ibi* usque ad divinum nutum: Et tu in exiliis permanes donec dixerit tibi. Erit, ut lætissimum audias nuntium: *Defuncti sunt, qui querebant animam tuam*. Fugiendum tibi denique ex hoc impio mundo, cum mortalitatem deponis, & corpus squalidæ mandandum terræ: sed nec hîc est quod metuas: Fugit ille tuus JESUS prior in terram mortis, ex qua reversus: ergò & tuum vever-


retur


tetur corpus. *Maneat ibi donec dixerit Dominus. Veniet, veniet Dominus cum voce Archangeli, qui te ex terra revocabit, & laeti cantabimus: Absorpta est mors in victoriam!*



FINIS.







Farbkarte #13

B.I.G.

OGIAS SACRÆ
 vigesima Nona,
 De
CHRISTI
EGYPTUM.
Quam
te Θεανθρώπων
 PRÆSIDIO
 SARIS MEISNERI.
 col. D. & P. P.
egio ad disputandum
proponit
HERMANNUS
 MINGENSIS.
me 3. Octob. boris pome-
idianis
 torio minori.
EBERGÆ
orman excudebat,
 clo. Is CXIX.